



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm Eloquentiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &  
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &  
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

**Tympe, Matthäus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1650**

LXXII. Encomium S. Catharinæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38994**



ad blandas Syrenum voces, eaq; ratione futurum promittes, ut portum longe feliciorum, quam ille assequantur.

LXXII. ENCOMIUM S. CATHARINÆ.

**E**XORDIUM à nostra Persona. Recte & convenienter à nobis studiosis commendari S. Catharinam, quæ præsidem agat omnium nostrorū studiosorum.

*Apud studiosos eloquentia, Virgo eloquentissima commendatur.*

**CONFIRM. I.** Locus à genere, quod regia progenie sit edita, commendabis maxime pietatem parentum, præcipue matris, quod enim in patre desiderabatur; id copiosissime compensatum fuisse in filia dicemus. Ne tamen quisquam propter ethnicum patrem laudatione eam minus dignam arbitretur, adferes huiusmodi similitudines; Ex spinis procedere rosas, ex abjecto ligno pulcherrimos oriri botros.

**II.** ab educatione, in qua hoc laudi vertetur virgini, quod se non voluptatum illecebrosis consecraverit studiis, sed bonis artibus animum suum exornare studuerit. *Amplificabis*, quod admiratione dignum sit, fœminam liberalibus artibus deditam fuisse. Quare *hic breviter perstringes & reprehendet* adolescentum quorundam in studiis desidiam & pigritiam.

**III.** ab ingenio, quod excellenti ingenii acumine non sit abusa ad perniciem Reip. *Hic poteris conqueri*, nos in tam deplorata incidisse tempora, in quibus multi ingenii suis multa incommoda Reip. adferunt, & plurimos in æterna supplicia præcipientes agunt.

*Obtulit se morti, ut alios à morte revocaret æterna.*

**IV.** ab insigni charitate promovenda salutis proximorum, quod testibus historicis, nihil sibi habuerit charius, quàm ut quibusvis existeret causa amplectendæ Religionis Christianæ. *Hic dices*, eam nobis



his etiam præbuisse exemplum, uti studia nostra non ad illiberalem quæstum dirigam<sup>9</sup>, sed ad proximorum salutem, & divinæ Majestatis, & gloriæ propagationem.

V. à *Constantia inaudita*, quam exhibuit, quando nullis tyrannorum minis, nullis verberibus & cruciatibus eò potuit adduci Virguncula, ut à suscepta Religione Christiana latum, ut ajunt, unquam discederet.

*Virginitas  
ejus per la-  
torem cruce  
reus fuisse  
comprobata.*

In PERORATIONE vehementer erunt animi Auditorum concitandi, ut sanctissimam, Deoq; gratissimam virginem, studiorum nostrorum parentem, omni studio ad imitandum sibi proponant, nullaque ratione committant, ut se vinci patiantur in studiorum palæstra ab virguncula, quin potius ad id omnes suas curas & labores dirigant, ut non solum litterarum scientiam consequantur; sed etiam in fide Catholica ad ultimum vitæ spiritum permaneant, & nullis hæreticorum blanditiis se ab ea abduci patiantur.

LXXIII. PARÆNESIS AD ZELVM,  
seu animi æstum, ex indignatione de iis conceptum quæ indignè fiunt vel adversus Deum,  
vel adversus homines quos diligimus.

*Joan. 2. v. 15  
1. Cor. 9. v. 7.*

EXORDIUM à causa impulsiva. quòd cum hæc ultima mundi senecta paucissimi ardeant zelo Dei & animarum, operæ pretium te facturum existimes, si tantæ virtutis dignitatem, necessitatem, & utilitatem Auditoribus proponas.

CONFIRMAT. I. LOCUS à dignitate virtutis zeli, quæ inde lucet, quòd hoc Dei donum ferè à duabus maximis virtutibus, charitate & religione in Deum proficiscatur. Vnde enim verba illa Pauli Rom. 9. v. 1. æstum zeli redolentia: *Optabam anathema esse à Christo*